


# TIBVR SVPERBVM



In oppidi  
antiqui vestigiis



## De Tibure et historia sua

**Tibur iam multa saecula durat. Multa spectacula, ut exemplo templi Dianae supra monstrati utar, spectanda sunt.**

Tibur, quo in oppido villa Hadriana sita est, quod oppidum historiarum fabularium est, quod oppidum multa temporum antiquorum occultat, spectaculis suis caput huius libelli sit. Antiquis chartis legendis, quae occultata patefaciunt et demonstrant, quale fuerit Tibur antiquum rei publicae Romanae tempore, illius oppidi gravissimi vestigia sequamur. In Tibur arcanum mergamus...



**Olim, villa Hadriana fuit opus amplissimum imperatoris Hadriani. Hodierno tempore, ruinae solae clarissimi operis Tiburis, reliquae sunt. Discite plura in pagine secunda!**



## Villa Hadriana

Incipiamus villa Hadriana, quae est omnium operum Tiburis clarissima. Aula imperatoris Hadriani ipsa Tibure sita non est, sed extra muros. Quam regionem imperatorem vane non lectum esse certum est, multi enim auctores Romani eam magni aestimaverunt: Ita Iuvenalis in saturis <XI 65> de Tiburtino ueniet pinguis agros haedulus et toto grege mollior. Item Statius in silvis <I 3,81> quid bifera Alcinoi laudem pomaria vosque, qui numquam vacui prodistis in aetherami? Videtis Hadriano vivo villam Hadrianam omnibus in oribus fuisse! Hodierno tempore modo ruinae reliquae sunt, sed illas visitare maximum pretium est! Quam regionem ab aquilonibus intremus spectemusque omnia!

Regio tota mille passus lata duoque milia passuum longa est. Etiam huius situs fuit secundus, quia aquaeductum prope villam Hadrianam erat. Hodie regio est dividenda in tribus partibus. Prima est aquilonaris, quae theatrum, nymphaeum duosque hortos habitat. Secunda est regio princeps cum villa imperiali, aedificiis gubernationi ingentique horto. Tertia regio, quae institutiones ad quiescendum habitat. Deinde regio meridiana, quae minime explorata et ideo visitantibus impedita est.



**Agriculturam et cibum et vinum multi auctores Romani in operibus suis laudant, sic Ovidius vel Statius vel Iuvenalis. Pretium est illam regionem visitare!**





## Templa Vestae et Sibyllae

Nos intra muros conferamus in urbem Tibur. Templa in oppido sita maiora natu sunt villa Hadriana. Templum Vestae et templum finitimum Sibyllae Tibure, summo monte, sunt. Conditum sunt decimo saeculo ante Dominum. Templo Vestae templum in foro Romano imitante incertum est, num templum Vestae vero Vestae honorem persolvat. Tamen hoc templum Vestae honori esse dicitur, cum exemplo templi Vestae in foro Romano conditum sit. Templum ipse rotundum est. Ut apud alia templa videri potest, hic etiam solum ruinae reliquae sunt, quae specie modo fingi possunt.

Eodem tempore templum Sibyllae constitutum est. Etiam incertum est, num eum templum Sibyllanum dici possit, sed antiquis in chartis ut Horatii fanum Sibyllanum in ea regione esse dicitur. Lactantius Sibyllae Tiburtianae, quae est una decem Sibyllarum, cognomen *Albunea* addidit. Media aetate in templo oratorium additum est. Nonnulli templa Catillo, conditoris urbis filius, aut Herculi attribuunt.

Etiam si templa omni cum opulencia spectari possunt: Tamen ascendite montem, ut circumspecto fruamini! Silvae e monte late patunt et conspectus per silvas pulchritudo totius oppidi patefacit.



**Etiam ex templis Vestae et Sibyllae ruinae relinque sunt. Ergo modo fingi potest, qualia fuerint ea templa specie. Praeterea clarum non est, num vero in eo loco Vesta culta sit.**





## Rocca Pia

Progrediamur – multis saeculis post pervenimus ad saeculum quindecimum. Non solum oratorium templo Sibyllae additum est, sed etiam nova aedificia ut Rocca Pia orta sunt, quae non procul a templis sita est. Cum opus conderetur, oppidum multis dissensionibus maxime perturbatum est. Rocca Pia temporibus belliciosis arx condita est, cuius in porta haec verba sunt: *Grata bonis, invisita malis, inimica superbis sum Tibure: enim sic Pius instituit.* E contrario, illa arx bene conservata est et hodie a visitoribus spectari potest.



**Duo aedificia, “villa d’Este” et “Rocca Pia”, postea condita sunt. Tamen visitanda sunt, quia posterorum temporum ostendunt. Ne ea visitare obliti sitis!**

## Villa d’Este

Villa d’Este minor quam Rocca Pia natu est et in saeculis sedecimo et septemdecimo condita est. Cardinalis eam regionem muniri iussit; quam regionem in aedes et hortos consistit, qui multae fontes et multa nymphaea et multa omnia habitant. Saepe studebatur, ut horti aedesque non inveterarent, unde innovarentur. Hodie visitatores hortos explorare possunt.

